



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 97. Quidam ab Urbano VII. Sanctorum Beatorumque Albo adscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

abatur,
rum ta-
cii, qui
iis ali-
a igitur
ad Ec-
septem-
xceptis
Menfes
iae gre-
senium
oturum
de odio
ato ve-
raginta
ne clu-
fato de-
rmance
exem-
oritate
esse pe-
as inge-
ximus
aprimis
inmens-
ientia
quoque
ngulan-
legos
Confi-
sis re-
versos
hære-

hæreticos, quæ tamen morte præven- **Sæc. XVII.**
tus, typis edere haud poterat. **A. C. 1625.**

Optimi hujus Pastoris jacturam vel
maxime deplorabat Osnabrugensis Diæ-
cesis, quam Sede vacante Mansfeldius
cum suis prædonibus invasam gravi-
mulcta pro more suo exhauciebat, ab-
stractis etiam Catholicis quibusdam
Canonicis, Nobilibus, civibusque. In-
super eadem hæc Ecclesia in electione
novi Præsulis schismate scissa est, qui-
busdam Canonicis Franciscum Comi-
tem de Wartemberg, qui Guilielmi
Bayariæ Ducis ex Fratre Ferdinand-
o Nepos erat, elegantibus, aliis
eundem, utpote nondum capitularem
recusantibus: tandem vero Sedis Apo-
stolicæ judicio hæc controversia in
Wartembergii favorem decisa est, quam
tamen electionem Daniæ Rex, qui hunc
Episcopatum pro Filio suo prensabat,
præpediisset, nisi Tillius Comes victri-
cia opposuisset arma.

§. XCVII.

*Quidam ab Urbano VIII. Sandorum,
Beatorumque Albo adscripti.*

Hoc anno Jubilæum Romæ promul- **Bullar.**
gatum multos etiam Principes magn. Ur-
ban. VIII.
accivit in Italiam, quibus insuperha-
bito grassantis pestilentiae metu ac pe- **Const. 34.**
riculo,

Sæc. XVII. riculo, Ladislai Poloni Regis Filii pie-
A. C. 1625. tas multis gratiis per Urbanum VIII.
honorata præcelluit; provide autem
idem Papa ob præfatæ luis suspicionem
loco Ecclesiæ extra muros expositum, tres alias Basiliæ in Urbe ab-
nabat. Magis autem augustam redi-
dit hanc solemnitatem festiva lætitia,
quæ Christiano Orbi innotuit, dum idem
Pontifex Elisabetham Portugalliae Re-
ginam die vigesima quinta Maij in San-
ctarum Album retulit, ac sequentis anni
die vigesima secunda Aprilis decli-
ravit, eandem hanc Reginam, dum
vixerat in Lusitania, Tertium Santi
Francisci Ordinem fuisse professam.
Haud minori Ecclesiæ jubilo Beatifici-
tio Servi Dei Andreæ Avellini Cler-
corum Regularium Congregations
Theatinorum die decima Junii recepta
est, quam paulopost die prima Octobris
instantibus Maximiliano Bavaricæ Ele-
tore, & Lotharingiæ Ducibus sequen-
batur Pontificium diploma, vi cuius
Famulo Dei Felici de Cantalicio Or-
dinis Capucinorum ob ejus eximiam
charitatem, & excellentiæ merita Ben-
honores decernebantur: prius autem
die duodecima Septembris idem Pon-
tifex ejusdem Ordinis Fratribus indul-
xit, ut in festivo die Sancti Conradi
tertii Ordinis Professi Officium Divinum

ilii pie-
m VIII.
autem
cionem
existen-
pe allig-
m red-
laetitia
m iden-
dice Re-
in San-
tis ad-
dedic-
, dun-
Sancti
ofessam
eatific-
Cler-
gationis
recepta
Octobris
iae Ele-
sequo-
i cuius
cio Or-
proximam
a Beati
autem
in Pou-
indul-
Conradi
ivinum
sub

sub ritu, ut vocant, semiduplici reci- Sæc. XVII.
tare valeant; idem quoque indultum A.C. 1625.
Papa pro die obitus Beati Francisci
Borgiæ ad Jesuitas, & pro festo S. Ray-
mundi ad Fratres Discalceatos B. Ma-
riæ de Mercede eodem anno extendit.

§. XCVIII.

Melitensum ad Leucadem infelix expeditio.

Recens adhuc erat memoria jacturæ, *Theatr. Eu-*
qua Ordo Teutonicus amiserat Co- *rop. p. 886.*
conhusiam, munitissimam arcem, quam
Gustavus Adolphus Sueciæ Rex fusis
in Livonia Polonis Mense Aprili occu-
paverat: acerbiori autem dolore, Me-
litenses Equites infaustæ ad Leucadem
expeditionis successum deplorabant;
quamvis enim urbem non sine cruento
atque ad sex horas protracto certamine
occuparint, eam tamen incendere com-
pulsi sunt: inde vero cum quinque tri-
remibus reversi, in Turcarum Piratas
inciderunt, quibuscum infausto prælio
decertantes, e suis navibus duas ami-
sere, tres vero plane conquassatas, &
inutiles Melitam reduxere, cæsis Equi-
tum non paucis, ipsoque Architalasso
præter centum quadraginta milites,
quos etiam Turcæ captivos abdu-
xere: Sive ea militum five Ductorum
culpa